menta ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea, ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac promissa omnia Literis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Popiel Hawrylowicz Winnickiemu obligat.

778 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Alexander Popiel Hawrylowicz, olim Nobilis Klim Popiel Hawrylowicz Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Actorum Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Pola ornego zagonow dziesiec z Scianoy rzeczy na zniatynie in Sorte Ihnatowicz y Hermanowskich. Item Vroczyscza na Bortnowie zagonow dwa. Item z Kolodziejszka zagonow

dua, in Bonis villa Lulia Terra vero et Districtu praesenti Præmysliensi iacen et consisten, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, tituloque obligatorio cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem sortium praefatarum, Utilitatibus fructibus proventibus, reditibus, commodis, emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis accurationis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late, longe circumferentialiterque prout eadem Bona sortium praefatarum ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Thomae Minnicki Radzenice eiusque Posteris in summa Triginta Duorum florenorum Polonicalis iam per se Recognoscentem levata et percepta de qua praesentibus quietatur, hinc et ab Actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime et immediate venturo incidens, et in defectu pro tunc eorundem Bonorum sortium memoratarum exemptionis, summaeque memoratae Triginta duorum florenorum Polonicalium, totalis et integrae realis persolutionis, extunc de Triennio ad Triennium festo ad festum, pro simili Die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinan Triennius et festis sese continue et immediate sequentibus, usque ad exemptionem Bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem obligavit, inscripsit et invadiavit, prout obligat, inscribit et invadiat praesentibus. In quae quidem Bona sortium memoratarum praemissaque omnia praesentibus,

1914

per se Recognoscentem obligata et inuadiata iam ex-
nunc et de facto iis idem Recognoscens Nobilis Alexander
Popiel Hawrylowicz, præfato Nobili Thomæ Winnicki Ra-
dziewicz obligatario suo eiusque Posteris coram Officio præ-
senti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pa-
cificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque com-
petentem et Nobiles duos die quacunque voluerit Officiose
acceptandam per ipsum obligatarium suum ipsiusque Po-
steros hæc eadem Bona præmissaque omnia præsentibus
inuadiata cum vniuersis eorum vtilitatibus et vsufructi-
bus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenen-
di, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice vti-
di, fruendi ac ad vsus suos Suorumque Successorum quosuis be-
ne placitos libere et effectualiter conuertendi modo ac
iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Re-
cognoscens Nobilis Alexander Popiel Hawrylowicz
prout se ac suos Successores in et super Bonis suis ge-
neraliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis
habitis et habendis eidem suprascripto Nobili Thomæ
Winnicki Radziewicz obligatario suo inscribit et obli-
gat præsentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis
præmissisque omnibus præsentibus per se Recognoscen-
tem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni
et quauis impetitione iuridica quarumcunque Personarum
cuiuscunque Conditionis, Status et Sexus cuiusuis existen-
tium exoriunda in omni Iudicio et Officio Regni semper
toties quoties opus fuerit tueri, defendere, euincere, inter-
cedere et eliberare indemnemque cum Posteris reddere,
nec non hæc eadem Bona præmissaque omnia præsentibus

per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quouis cuicunque Personarum factis et faciendis tum etiam a quibuslibet Creditoribus super eadem Bona suprascripta modo quocunque importatis et importandis, Luiis denique et Perlucris Processibusque Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis emundare et liberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum praefatorum praesentibus obligatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos officiose requiretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et vsumfructum praemissorum omnium praesentibus inuadiatorum, quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas, non praepedire nec adimere, ipsumque obligatarium suosque Posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo inquietari, ita vt haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata, is idem obligatarius successorum suis Posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae vigore, tenere, habere, et possidere queat, illisque vti frui possit, vsque ad exemptionem Bonorum eorundem Summae quae memoratae totalem et integram realem et effectiuam persolutionem, Idque sub Vadio Semitis Summae Triginta duorum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Ale-

1916

xandrum Popiel Hawrylowicz sive eius Successores su-
prascripto Nobili Thomae Winnicki Radziewicz obligatario
suo vel ipsius Posteris ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quo-
ties opus fuerit ad solvendum sub ambendo, Pro quo qui-
dem vadio modo praemisso ad solvendum succedito ac pro
re aliqua principali, ex praemissis non completa complenda
Citatio existens memoratus Recognoscens Nobilis Alexander
Popiel Hawrylowicz sive eius Successores ad instantiam
suprascripti Nobilis Thomae Winnicki Radziewicz
obligatarii sui, vel eius Posterorum ad Officium praesens
Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu su-
prascripto quoad respondendum spectat mediante, sem-
per in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare Iuri parere respondere, vadium praefatum luere, In-
scriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati
debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes
Causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera in-
firmitate, pro maiori minorennitate Successorum, lega-
tione intra vel extra Regnum servitio militari ad munitione
meta, ad Tribunale vel aliis quibus vix Dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quietatione
praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capi-
tanealis Premysliensis Terminos Dilationem sibi non
recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac ea-
rum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Ter-
minis simplicibus vel triplicatis, Occasionibus, suspensio-
nibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, conven-

nemque ac aliis omnibus Juris remediis et defensiis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita c[ir]ca praesenti personali Recognitione ad praemissa ora[tio]ne mediante

Feria Tertia post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 7/VII

Dydynscy Korniaktowey cedunt, & statuent.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi 170
Candidus Constantinus, et Franciscus Dydynscij fratres uterqegermani olim Generosi Nicolai Dydynski, cum olim Generosa Theophila Kłodnicka Consorte eius Legitima procreati Filii, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti actu Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi super Generosi Michaelis Dydynski fratris sui germani, pro conservatione habitione